

Ludewig - De Cleanthe Stoico - 1847.

Seinem hochgeehrten Lehrer

dem Herrn Geheimen Hofrath etc. Dr. Eichstädt

geweiht mit aller Hochachtung und Verehrung

der Verfasser.

Dreizehnte Nachricht

von dem

Lyceum zu Eisenberg

auf

das Schuljahr Ostern 1846 bis dahin 1847.

Als

Einladungsschrift

zur

öffentlichen Prüfung der Schüler des Lyceums

am 22. und 23. März 1847

von

A. F. Ludewig,

Rector.

Voran geht eine Abhandlung von demselben,

de *Cleanthe Stoico* ejusque fragmentis poeticis. Particula 1.

Eisenberg, 1847.

Gedruckt in der Schöne'schen Buchdruckerei.

Quum anno proxime superiore historiae philosophiae antiquae operam navarem subsecivam et Stoicorum placita tractarem, offendit me Cleanthis nomen et commemoratio multorum ejus scriptorum, quorum Diogenes L. facit mentionem. Diligentius et alacrius inde rem indaganti mihi incidit in manus Cl. Cludii libellus, qui inscribitur ΚΛΕΑΝΘΟΥΣ ΥΜΝΟΣ ΕΙΣ ΔΙΑ. Kleanth's Hymnus auf den höchsten Gott. Griechisch und deutsch etc. Göttingen 1786. Jam vero quum ad Stoicorum placita accuratius cognoscenda Ciceronis libros de N. D., Quaest. Acad. et de fin. legens in Cl. Moseri editione libr. d. N. D. invenissem hymnum illum in nota laudatum, operae pretium esse duxi, eundem cum ceteris quae passim leguntur Cleanthis fragmentis colligere, atque facta potestate in lucem edere mihi proposui. Quod propositum hoc alacriore amplexus sum studio, quia putabam, multos eosq. acerbissimos antiquitatis adversarios ex illo hymno atque fragmentis facile intelligere posse, quam excelso religionis atque morum ingenio multa veterum scripta sint referta, et quam prope eorum de deo atque sublimi hominis natura sententiae atque cogitationes ad divinam religionis christianae veritatem accederent. Attamen haud multum abfuit, quin a consilio proposito deterrerer, quum hymnum vel recentiore aetate saepius esse editum invenissem. Sed quod difficilius fuerat, aliquot clarorum virorum editiones hymni acquirere atque in usum meum convertere, suspicabar, illas editiones exiguo tantum numero typis impressas, aut temporis invidiae succubuisse, aut rarius jam exstare. Haec igitur causa fuit, quae me commoveret, ut consilium reciperem, Cleanthis hymnum cum iis quae supersunt fragmentis poeticis denuo in lucem edendi, quamvis probe scirem, me magnam partem acta acturum atque hanc meam qualemcunque scriptionem idem esse passuram atque multos alios libros. Jam vero quum cognovissem, multos viros clarissimos, Cludium, Mohnikium atque praesertim Peterseniun eximiam collocasse in edendo et hymno et fragmentis (Mohnik.) operam, tamen opinatus sum, mihi quoque plura etiam esse relicta, quae partim addi, partim emendari possent.

Antequam autem ad ea, quae Cleanthis nomine feruntur fragmenta ipsa accedamus, a proposito haud alienum esse videtur, de Cleanthe, quo haud scio an non melius adolescentibus litterarum studiosis industriae exemplum imitandum possit proponi, pauca referre. Quum autem Diogene Laertio hac de re graviorem non habeamus auctorem et Bruckerus,[1]) illum secutus, fusius Cleanthis vitam enarraverit, ejus verba h. l. repetere mihi liceat, qui haec refert:

„Zenoni defuncto successit in schola (Diog. L. VII, 37 et 167.) Cleanthes, Asso,[2]) Lyciae, non Aeoliae, ut volunt Stanleius et Fabricius, urbe natus,[3]) Phaniae filius. Is pugil primo fuit, tantae paupertatis, ut drachmas tantum quatuor in bonis haberet, quum se ad Cratetem[4]) conferret. Ab eo ad Zenonem, modestius philosophantem, se contulit eique constanter adhaesit et in ejus doctrina perstitit. Laudem imprimis apud veteres meruit industria ejus atque

---

1) Hist. crit. philos. Lips. 1742 tom. I. p. II. lib. II. cp. 9. de secta Stoica pag. 972.

2) Mysiae oppido, ad exitum sinus Adramytteni, Lesbo insulae opposito, cui teste Plin. H. N. V, 30 tempore posteriori Apolloniae nomen fuit. Assium fuisse Cleanthem, Diog. VII. 37. 168. Aelian. H. A. VI, 50. Strabo lib. XIII. Simplic. Comment. ad Epictet. enchir. et Suidas uno ore consentientes tradiderunt. Simpl. l. l. p. 329. Lugd. B. 1640. 4: se ipsum pulchram in oppido Asso vidisse statuam, quam senatus Romanus ad recolendam Cleanthis memoriam illi urbi muneri dedisset. (Mohn. p. 71.) A solo Clement. Alex. admon. ad. gent. VII. §. 72. Cleanthes ὁ Πισαδεὺς nominatur vel secundum Sylburg. l. l. p. 4. nott. Πηδασεὺς (ab urbe Cariae Pedasa vulgo Adramyttium vocata, haud ita procul ab Asso. Quae qui diligentius cognoscere volet, eum relegamus ad Mohnik. inde a pag. 68—71. l. infra l.

3) Quo tempore et quamdiu Zeno vixerit, pro certo dici non potest, quum veterum hac de re testimoniis prorsus careamus. Diogenes L. VII, 6. Antigonum Gonatam, Demetrii Poliorcetae filium, a Zenone petiisse narrat, ut ad se veniret. Quod quum Zeno, tum 80 annos natus (Diog. l. l. 9.), propter infirmam valetudinem recusasset, Persaeum, item Citieum eumque familiarem, qui circa Ol. 130 floruisset, a Zenone ad Antigonum esse missum (l. l. §. 6.). Jam vero Diogenes annum statuens, quo Zeno vita defunctus sit, sibi non constat; nam §. 28. dicit, Zenonem anno 98 decessisse, ibid. e Persaei scholis moralibus refert, eundem annos 72 natum diem obiisse supremum, et §. 176 scribit, Cleanthem, qui per 19 annos Zenonis auditor fuisset, ejusdem aetatem aequasse et octoginta annos vixisse. Difficile sane est, ex his repugnantiis verum eruere. Huc accedit nova difficultas, quod Diogen. L. l. l. §. 2. commemorat, Zenonem 30 annos natum Athenas advenisse, per 20 annos philosophorum scholas frequentasse (§. 4.) et 58 annos stoae praefuisse, ita ut Zeno ad annum 108. pervenisset. Quae quum ita sint, et certum quid proponere difficillimum sit, meliore jure conjicere licet, Zenonem octogesimo anno mortuum esse c. Ol. 130 = 260. ante Christ. nat., quo anno Cleanthes stoam moderandam suscepit. Hinc autem sequitur, Zenonem in lucem esse editum circa Ol. 110 = 340 ant. Chr. n. Quod si Cleanthes annos circiter 24 natus Athenas advenit, et 19 annos Zenonem audivit (§. 176.), annum quadragesimum tertium agens sectae Stoicae praefectus est, et usque ad vitae finem eidem praefuit, circa Ol. 138 = 228 a. Chr. n. spiritum reddidit, qui lucem aspexisset circ. Ol. 117 = 308.

4) Non Thebanum illum Cynicum, quem Diog. L. VI, 87. circa Ol. 110 floruisse testatur, sed fortasse Cratetem Academicum, Polemonis auditorem, cf. Diog. IV, 21, sqq., cujus doctrinae adfuit Arcesilaus D. l. l. IV, 22., Cleanthis aequalis natu major.

laborum tolerantia, adeo ut in proverbium abiret (Diog. VII, 168. Suidas s. v. Cleanthes tom. II, p. 322. Valer. Max. VIII, 7. Senec. ep. 44.) Quum enim non haberet, unde viveret, paupertate cogente noctu in hortis hauriendae aquae operam locabat, quo posset interdiu vacare philosophiae studiis, unde etiam Φρεάντλης (exhauriens puteos) dictus est. Quia perfecta tamen in tanta vitae inopia fruebatur sanitate et integro corporis habitu, more Atheniensium[5]) in judicium pertractus est, ut rationem ederet, qua vitam sustentaret. Is quum hortulanum adduxisset, cui operam suam locare solebat, feminam item, cujus pinsebat farinas: adeo judices Areopagitas admiratione tolerantiae et diligentiae perculit, ut decem illi minas de publico aerario praebendas decernerent, quas tamen accipere Zeno vetabat.[6]) Aliud diligentiae specimen enarrat Laertius l. l. 174., eum Zenonis, magistri sui, dictata testis boumque ossibus excepisse, quod ad chartam emendam pecunia non suppeteret. Etsi vero ingenio erat tardior[7]) et indole bona destitutus, quo nomine mactatur a Laertio (l. l. 170. cf. Barth. ad Claud. p. 101.) adeo ut asinum condiscipuli vocitarent, (l. l. 171.) pertinacissimo tamen studio ita Zenonis disciplinae adhaesit, ut totam ejus philosophiam comprehenderet, id quod eleganter expressit, dicteriis eum incessentibus discipulis respondens: asinum quidem se esse, sed solum se ferre Zenonis sarcinam posse (Diog. l. l. 170.). Id quod ipse quoque Zeno testatus est, eum publice laudando (Plut. de vit. aer. alieno T. II. p. m. 475.) et omnium plausum meruit, ita ut Hercules novus diceretur et Zenoni, quem XIX. annos audiverat, successor in schola moderanda destinaretur.

Nec aliam vivendi rationem postea instituit, licet ab Antigono[8]) aliquando 3000 minis donaretur. Tantaque ejus fuit in porticu aestimatio, ut plu-

---

5) Fortasse ex eadem lege, cujus facit mentionem Diog. L. I, 55: Καὶ ὁ ἀργὸς ὑπεύθυνος ἔστω παντὶ τῷ βουλομένῳ γράφεσθαι.

6) Diog. L. l. l. 169. item memoriae prodidit, Antigonum ab eo, quum Zenonis auditor esset, quaesisse, quamobrem hauriret aquam? Cui ille, „*Num solum, inquit, haurio? nonne etiam fodio et rigo et omnia facio philosophiae causa?*" Et Diogenes addit: Etenim Zeno illum simul ad id exercebat jubebatque obolum ex labore quaesitum afferre. (170.) Et collectum inde aes aliquando in medium familiarium attulit his verbis: Cleanthes quidem Cleanthem alium posset nutrire, si vellet. Qui vero habent, unde vivant, ab aliis quaerunt ad vitam necessaria, quamquam remissius philosophiae dediti." Hac igitur de causa Hercules alter vocabatur Cleanthes.

7) Hoc revera ita fuisse, ex iis, quae Diog. L. de Cleanthe narravit, vix crederes.

8) cf. Diog. l. l. 169. Antig. Gonatas, fil. Demetrii Poliorcet., cui Macedoniam recuperare (anno 272—240, quo anno mortuus est) contigerat, Atheniensium philosophorum familiaris fuit, praesertim Zenonis (Diog. VII, 6.), quem ad se in Macedon. invitaverat. vid. epistolas ap. Diog. l. l. 7. 8. 13. 15.

rimi ejus institutione uterentur, unde Stoicorum parens Ciceroni [9]) (N. D. III.) dictus est, inter quos Chrysippus quoque fuit, quem perperam ejus praeceptorem facit Valer. Max. , Laudatur praeter eruditionem Stoicam, quae tamen teste Hieronymo (in Rufin. I.) more sectae spinosa fuit, propter laboris patientiam, animi paucissimis contenti continentiam et parsimoniam, tolerantiam item injuriae et quae aviae ejus virtutes fuere, quae celebre ei nomen pepererunt. (Huc faciunt apophthegmata adducta a Diog. L. l. l. et Stanleio hist. phil. VIII., p. 643.). Laudabat enim ipse veteres, quod olim in philosophia res maxime curassent, quum hodie verba curentur, [10]) indeque causam derivabat, cur antiquiore aetate in tanta philosophorum paucitate plures tamen quam ea aetate summa virtute enituissent. Obiit inedia quum octogesimum [11]) aetatis annum esset supergressus (Lucian. longaev.) et abstinentiam a cibo per biduum propter ulcus [12]) oris vel linguae ei medici suasissent: melius enim se habens, se dimidium viae jam absolvisse professus est, biduumque adhuc abstinuit, et Stoica principia secutus sic exstinctus est. Post mortem a civibus vel Romanis potius senatus magnificentia, serius aliquanto egregia statua ornatus est.“ [13]) Hactenus Bruckerus.

E quibus quum facile quisque intelligat, Cleanthem maxime insignem fuisse laboris amore et industria ardente, non mirandum esse opinamur, apud veteres scriptores magnum numerum librorum ab illo de diversis rebus scriptorum commemorari. Enim vero apud Diog. L. solum l. l. 174 et 175. quinquaginta inscriptiones librorum nominatim laudantur, qui exceptis fragmentis paucis iisque brevissimis ap. Diog. VII. passim dispersis omnes perierunt. Qui autem a Diog. L. inducuntur Cleanthis libri, his inscriptionibus utuntur et hoc ordine enumerantur:

I. Περὶ χρόνου [1]). II. περὶ τῆς τοῦ Ζήνωνος Φυσιολογίας. II. libr. III. τῶν Ἡρακλείτου ἐξηγήσεις. IV libr. [2]) IV. περὶ αἰσθήσεως. V. περὶ τέχνης. [3]) VI. πρὸς Δημόκριτον [4]). VII. πρὸς

---

9) Alio loco Quaest. Academ. II, 41. dicit: Cleanthes, *qui quasi majorum est gentium Stoicus*, Zenonis auditor, solem dominari et rerum potiri putat.

10) J. Stob. sermon. 80. cf. etiam. serm. 212.

11) Valer. Max. eum ad undecentesimum annum attenta cura erudientem auditores facit. cf. VIII, 7. 11. vid. not. 3 pag. 2.

12) cf. Stob. sermon. 7. Mohnik. p. 110.

13) cf. Simpl. commentar. ad Epicteti enchirid. Lugd. Bat. 1640. 4. pag. 329.

1) Mohnikius cum Menagio ad. h. l. hoc scriptum fidem esse conjicit, atque illud, quod §. 14. περὶ χαλκοῦ vocatur, itaque pro χαλκοῦ legendum esse χρόνου.

2) Heracliti Ephesii, quem Stoicos in exponenda doctrina physica magnam partem secutos esse, infra demonstrabimus. De Heraclito autem cf. imprimis egregiam dissertat. Schleiermacheri: Herakleitos aus Ephesus, der Dunkle, dargestellt nach den Trümmern seines Werkes (περὶ φύσεως) und nach den Zeugnissen der Al-

'Ἀρίσταρχον 5). VIII. πρὸς Ἥριλλον. 6) IX. περὶ ὁρμῆς lib. II. 7) X. Ἀρχαιολογία. 8) XI. περὶ θεῶν. 9) XII. περὶ γιγάντων. 10) XIII. περὶ ὑμεναίων. 11) XIV. περὶ τοῦ ποιητοῦ. 12) XV. περὶ

---

ten, in Wolfs und Buttmann's Museum der Alterthumswissenschaft I. Bd. 3 St. Berlin 1808. Alii quoque Stoicorum e. g. Aristo Chius, Sphaerus de ejus philosophia exposuerant, i. q. e Diog. L. cognoscimus.

3) Rhetoricae haud dubie, quum e Quinct. Inst. or. III, 1. intelligamus, Stoicos omnino de excolenda illa arte optime esse meritos. Ceterum etiam Cic. Fin. IV, 3. a Cleanthe scriptam fuisse rhetoricam, ait. Stoicorum de rhetorica opiniones cognosces e Diog. l.l. 42, sqq.

4) A Democrito Abderita, qui circ. Olymp. LXXXIII vixit, Epicurus et physicae et moralis doctrinae partem sumserat, et, uti Cic. facete dicit, Democriti fontibus hortulos suos irrigaverat. N. D. I, 43. cf. V, 29. De ejus vita et placitis fusius disseruit Diog. L. IX, 34—50. Ibidem §. 45. edocemur, ab eo summum finem constitutum esse tranquillum animi statum (εὐθυμίαν) atq. ut animus ab omnibus motibus et perturbationibus sit liber. Ob hanc Democriti doctrinae cum Epicuro cognationem non fuit mirandum, si Stoici in eum invexerint eique sint adversati.

5) Non, ut falso putat Mohnik: p. 93., Grammaticum Samothrac., qui unum saeculum post Cleanthem vixit, (c. Olymp. 161. ant. Chr. n. 154), sed potius Arist. Samium mathematicum illum fuisse rectius credas, qui Cleanthis fere aequalis aliquot annis ante eum floruit (c. Ol. 128. 268 ant. Chr.) a quo astrorum scientia plurimum profecit quique in libro περὶ μεγεθῶν καὶ ἀποστημάτων recte docuerat, terram circa solem et suum axem se convertere. cf. de eo Plut. plac. phil. II, 24, Stob. ecl. phys. I, 26. Qua cum Aristarchi doctrina cf. Cleanthis opinionem falsam de sole ejusq. motu ap. Diog. L. l.l. 145 et 158.

6) Carthaginensem eundemq. Zenonis auditorem vid. Diog. L. l.l. 165. sq., unde apparet, eum contra Zenonem nonnulla scripsisse et contendisse, aut finem summum omnino nullum esse, aut eum constare in intelligentia (ἔννοια); omnia igitur referenda esse ad vitam intelligentiae servientem, ne ignorantia (ἀγνοίᾳ) dejiciamur. cf. etiam Cic. Acad. Q. IV, 42. et passim.

7) Hanc de appetitione moralis doctrinae partem apud Stoicos gravissimi momenti fuisse, satis notum est ex eorum scriptis cf. Diog. 84. sq. 59. Cic. N. D. I, 14. II, 22. Reinhold Gesch. der Ph. I. p. 244. sqq.

8) Bruckerus l. supra l. p. 973 ait: „Archaeologias scripsisse testatur Diog., quas cum traditionibus fabulosis Athenaeo memoratis (X, 4. XI, 6. XIII, 4. ubi μυθικὰ appellantur) idem scriptum esse, acute conjicit Menagius. Solebant enim Stoici veteres μυθολογούμενα philosophicis exornare rationibus et ad systemata applicare naturalia." Fortasse haec congruunt cum iis, quae Cic. commemorat de allegorica deorum nominum interpretatione. N. D. II, 23—28.

9) Recte monet Mohnik., hunc librum non esse diversum ab illo, qui ap. Clem. Alex. Strom. V, 439. Sylb. περὶ θεοῦ vocatur.

10) Vid. not. 9. Non dubitamus, quin hic idem liber sit, quem Plutarch. θεομαχίαν nuncupat.

11) Forsitan Zeno in libro περὶ γάμου (Diog. l.l. 36.) de eadem re scripserat. Quamvis autem in omnibus ceteris partibus Stoicorum de moribus philosophia eximia sit, in hoc loco sibi non constant. Nam, si credimus Diogeni L. VII, 128., Stoicis placebat statuere, quaecunque more et jure majorum instituta et sancita essent, omnino ad arbitrium esse constituta ideoq. nullius momenti aestimanda. (Φύσει δὲ τὸ δίκαιον εἶναι, καὶ μὴ θέσει.) Quod principium quum ad politicam et educandi rationem adhiberent, ab omni illorum propria gravitate et morum integritate recedere videntur; morum enim castitatem atque munditiam nihili omnino ducebant. cf. Diog. l.l. 131. 188. — Sext. Empir. Pyrrh. hyp. 1. 3. 245. adv. Ethic. 190. sq. — Fries Gesch. der Phil. I. p. 492.

12) Quum ars poetica ad dialecticam a Stoicis referretur (Diog. l.l. 60. ποίησις ἐστὶ σημαντικὸν ποίημα, μίμησιν περιέχον θείων καὶ ἀνθρωπείων), fortasse Cleanthes aut hanc rem in illo

τοῦ καθήκοντος.[13]) XVI. περὶ εὐβουλίας.[14]) XVII. περὶ χάριτος.[15]) XVIII. προτρεπτικός.[16]) XIX. περὶ ἀρετῶν.[17]) XX. περὶ εὐφυΐας.[18]) XXI. περὶ Γοργίππου.[19]) XXII. περὶ Φθονερίας.[20]) XXIII. περὶ ἔρωτος.[21]) XXIV. περὶ ἐλευθερίας.[22]) XXV. ἐρωτικὴ τέχνη[23]) XXVI. περὶ τιμῆς. XXVII. περὶ δόξης. XXVIII. πολιτικός.[24]) XXIX. περὶ βουλῆς. XXX. περὶ νόμων. XXXI. περὶ τοῦ δικάζειν. XXXII. περὶ ἀγωγῆς.[25]) XXXIII. περὶ τοῦ λόγου libri III.[26]) XXXIV. περὶ τέλους.[27]) XXXV. περὶ καλῶν.[28]) XXXVI. περὶ πράξεων. XXXVII. περὶ ἐπι-

---

libro tractaverat, aut, ut Mohnik. p. 97. conjicit, de Homero, poetarum principe scripserat.

13) τὸ καθῆκον omnino est secundum Stoicos id, quod ratione facere jubemur, ita ut et vita et factis naturae respondeat. cf. Diog. l.l. inde a §. 108. Cic. Fin. III, 17. ita definit: Est autem officium, quod ita factum est, ut ejus facti probabilis ratio reddi possit.

14) cf. Diog. l l. 126. s. fin.

15) Quid sibi velit, vix dijudicare audeo.

16) Complurium hoc nomine Stoicorum libri apud Diog. leguntur cf. §. 91. Hoc idem scriptum etiam l.l. §. 91 commemoratur ad demonstrandum, Cleanthem docuisse, τὴν ἀρετὴν διδακτὴν εἶναι, ἐκ φαύλων γὰρ ἀγαθοὺς γίγνεσθαι.

17) Quum diversa essent Stoicorum judicia de virtute deque ejus notione et vi, iidem hunc locum diligentissime inquirebant, quod ex multis Diog. 92. 125 sqq. de eadem re Stoicorum scriptis commemoratis intelligimus. Cleanthes autem l.l. §. 127. dixerat, virtutem amitti non posse.

18) Haud dubie de bona indole cf. Diog. l.l. §. 106 et 107. 129. „εὐφυΐα πρὸς ἀρετήν."

19) Qui fuerit ille, me nescire profiteor. Illiusne pater fuerit, ad quem Chrysippus plures scripserat libros (Diog. l.l. 190. 191. 198. cett.) equidem dijudicare non audeo.

20) De invidentia, quam Zeno, D. l.l. 115. animi morbum appellat.

21) Quum Stoici amorem omnium cupiditatum expertem esse vellent, ad doctrinam ethicam referebant et ad vitae prosperum decursum atque honestatem magnam eum vim habere censebant, Diog. L. l.l. 114. ἔρως γάρ ἐστιν ἐπιβολὴ φιλοποιΐας διὰ κάλλος ἐμφαινόμενον. 130. καὶ μὴ εἶναι συνουσίας, ἀλλὰ φιλίας, — εἶναι οὖν τὸν ἔρωτα φιλίας, καὶ μὴ εἶναι ἐπίμεμπτον αὐτόν, εἶναι δὲ καὶ τὴν ὥραν ἄνθος ἀρετῆς. Quam gravis autem momenti hic locus Stoicis visus sit, jam inde satis apparet, quod praeter Cleanthem omnes fere eorum principes de amore scripserunt libros, ut Zeno l.l. 36, Chrysippus 130, Aristo 163, Sphaerus 178.

22) Diog. l.l. 121. sq.

23) Chrysipp. de eadem re D. l.l. 34.

24) Hunc quoque locum de republica recte instituenda Stoicis ante omnia cordi curaeque fuisse, quippe quod ab ea salus publica omnino penderet, e Diog. l.l. discimus, apud quem multi coryphaeorum Stoae libri de republ. enumerantur. cf. Zen. §. 4. 32. 131, Chrysipp. 34, 188, Herill. 178. et alii. Docebant autem Stoici (§. 131.), eam rempublicam optimam esse, quae sit composita e democratia, monarchia et aristocratia, ita ut Lacedaemoniorum respublica ei, quam sibi fingebant optimam, maxime responderet. Postero autem tempore factum est, ut hanc de republica, quam optimam esse vellent, opinionem ad universum mundum transferrent cf. Antonin. IV, 1. 2.: „Revoca in mentem, ait, quomodo universi partes distinxerit vel providentia, vel quodcunque est; ex quo demonstratum est, mundum civitatis instar esse" cett. Et infra, cives esse nos dicit, civitatis alicujus participes; hinc sequi, mundum civitatis esse loco cett.

25) Qui nominantur libri a XXIX—XXXII, equidem cum Mohnikio Cl. partes majoris illius de republica operis esse facile crediderim.

26) De eadem re et Zenonis et Chrysippi aliorumque St. libri exstant. Vix autem putaverim cum Mohnikio, Diogenem L. in enumerandis Cleanthis operibus certum servasse numerum, ita ut etiam hic liber ad moralem spectaret doctrinam. Ego verisimilius esse existimaverim, in eo tractatam fuisse dialectices partem.

27) cf. Cic. Fin. passim.

στήμης.[29]) XXXVIII. περὶ βασιλείας.[30]) XXXIX. περὶ φιλίας.[31]) XL. περὶ συμποσίου. XLI. περὶ τοῦ ὅτι ἡ αὐτὴ ἀρετὴ τοῦ ἀνδρὸς καὶ γυναικός. XLII. περὶ τοῦ τὸν σοφὸν σοφιστεύειν. XLIII. περὶ χρειῶν.[32]) XLIV. διατριβῶν libr. II. XLV. περὶ ἡδονῆς.[33]) XLVI. περὶ ἰδίων. XLVII. περὶ τῶν ἀπόρων. XLVIII. περὶ διαλεκτικῆς.[34]) XLIX. περὶ τρόπων.[35]) L. περὶ κατηγορημάτων[36]).

Alia praeterea scripta ab aliis scriptoribus tribuuntur Cleanthi, quae partim cum iis, quos supra laudavimus libris consentiunt, partim a Diogene omissa esse videntur, aut alio ab iis nomine laudantur. Nam quem Cic. N. D. 1, 14. commemorat, eum non diversum esse persuasum habemus, ab illo περὶ ἡδονῆς. Apud eundem mentio fit libri (de Divinatione I, 3.) περὶ μαντικῆς; apud **Plutarch.** φυσικὰ ὑπομνήματα et ap. **Athenaeum** περὶ μεταλήψεως, et ap. Diog. L. l. l. 134. commemoratur liber περὶ τῶν ἀτόμων, quem eundem esse existimaverim atque illum adversus Democritum scriptum cf. not. 4., Et sic pluribus locis, ubi aliorum Stoicorum libri a Diogene commemorantur, facile conjicere licet, eundem de eadem re scripsisse, uti e. g. 142. περὶ κόσμου, et passim.

Hi sunt libri Cleanthis, quorum inscriptiones quidem servatas Diogeni debemus. Nos autem periculum fecimus, eorum argumentum ex iis indiciis,

---

28) Quid sit τὸ καλόν, facile intelligetur ex iis, quae apud Diogenem l. l. 100. sqq. legimus.

29) Apud Diog. 100. quatuor honesti species nominantur, quarum una vocatur ἐπιστημονικόν, cui opponitur τὸ ἄφρον.

30) E Stoicorum sententia vere sapiens, qui sibi ipse moderari didicit, rex nominatur (Stob. eclog. eth. II., p. 198. sq. quo cum loco cf. D. l. l. inde a §. 117. imprimis 122. οὐ μόνον δὲ ἐλευθέρους εἶναι τοὺς σοφούς, ἀλλὰ καὶ βασιλέας, τῆς βασιλείας οὔσης ἀρχῆς ἀνυπευθύνου cett.

31) Cf. D. l. l. 108. 124. 130. et not. 21.

32) Utrum hic liber agat de utilibus, an de iis quae necessaria sint, in dubio est. Illud mihi verisimilius esse videtur, quum Stoici magnam partem a Cynicis originem ducentes, maxime in eo gloriarentur, ut paucissimis contenti essent (cf. de Zen. Diog. l. l. 13. 16.), i. q. ex Cleanthis vita exemploque luculentissime perspicitur.

33) I. e. laetitia gestiens vel nimia, ut Cic. interpretatur. Secundum Stoicorum doctrinam voluntas (βούλησις, εὔλογος ὄρεξις) in homine vis est ad ea proclivis, quae naturae et rationi rectae conveniunt, quae illi opponitur cupiditas, falso judicio decepta, ea tantum concupiscit, quae boni speciem prae se ferunt, nec tamen bona sunt revera. Quae libido illis vocatur ἐπιθυμία vel ὄρεξις ἄλογος (Diog. 113.). Quatuor autem Stoici sumunt animi perturbationum species (πάθη) (Diog. l. l. 115. 116. Cic. Tus. Q. IV, 6.). itaque postulant, ut sapiens animi perturbationibus omnino liber sit (ἀπαθής Diog. l. l. 117. 87. 114. cf. Reinhold l. l. I. p. 247. Anm.

34) Quae vulgo vocatur logica, vid. Diog. l. l. 43. sqq. Cleanthes autem philosophiam in sex partes diviserat, D. l. l. 41.

35) De verborum immutatione (Cic.), qui liber fortasse rhetoricae fuit pars. Etiam Chrysippi de eadem re commemoratur liber l. l. 194.

36) Diog. l. l. 64.

quae passim ap. Diog. aliosque scriptores leguntur, aliqua quidem ex parte, eruendi. Quamvis autem Diogene etiam atque etiam perlecto et cum aliis scriptoribus huc pertinentibus collato nulli pepercerimus operae ad rem multis dubiis offusam quodammodo enucleandam, tamen libenter fatemur, nos saepius fortasse a veritate aberrasse.

Poetica Cleanthis fragmenta.

Quum opera in plagulis antecedentibus commemorata soluta oratione a Cleanthe scripta, paucis locis apud Diog., Plutarchum, Sext. Empir. et Stobaeum exceptis, omnia perierint, tanto magis laetandum est, aliquot quidem fragmenta eaque cohaerentia nobis esse servata, quae Cleanthis nomine addito ab omnibus scriptoribus commemorantur. Primum autem facile inter ea locum obtinere hymnum illum, nemo ibit infitias, quem adjecta interpretatione Germanica sequentibusque ceteris fragmentis poeticis hic apposuimus. Quum vero multi sint, qui hymnum in vernaculam converterunt linguam, tamen, quia ab illis partim liberius partim sensui minus convenienter illud carmen erat translatum, mihi quoque permissum esse putabam, ejus convertendi facere periculum, ita tamen, ut, quod apud illos mihi probaretur, passim et in meum converterem usum.

ΥΜΝΟΣ ΕΙΣ ΔΙΑ.

Κύδιστ' ἀθανάτων, πολυώνυμε, παγκρατὲς αἰεὶ
Ζεῦ,[1] *φύσεως ἀρχηγὲ, νόμου μέτα πάντα κυβερνῶν,*
Χαῖρε! Σὲ γὰρ πάντεσσι[2] *θέμις θνητοῖσι προςαυδᾷν·*
Ἐκ σοῦ γὰρ γένος ἐσμὲν, ἰῆς[3] *μίμημα λαχόντες*
Μοῦνοι,[4] *ὅσα ζώει*[5] *τε καὶ ἕρπει θνήτ' ἐπὶ γαῖαν·*
Τῷ σε καθυμνήσω καὶ σὸν κράτος αἰὲν ἀείσω.
Σοὶ δὴ πᾶς ὅδε κόσμος, ἑλισσόμενος περὶ γαῖαν,
Πείθεται, ᾗ κεν ἄγῃς, καὶ ἑκὼν ὑπὸ σεῖο κρατεῖται.
Τοῖον ἔχεις ὑποεργὸν ἀνικήτοις[6] *ὑπὸ*[7] *χερσὶν*
Ἀμφήκη, πυρόεντα, ἀεὶ ζώοντα κεραυνόν,
Τοῦ γὰρ ὑπὸ πληγῆς[8] *φύσεως πάντ' ἐῤῥίγασιν·*
Ὧι σὺ κατευθύνεις κοινὸν λόγον, ὃς διὰ πάντων
Φοιτᾷ, μιγνύμενος μεγάλων μικροῖσι φάεσσιν·[9]
Ὥς[10] *τόσσος γεγαὼς ὕπατος βασιλεὺς διὰ παντός!*[11]
Οὐδέ τι γίγνεται ἔργον ἐπὶ[12] *χθονὶ σοῦ δίχα, δαῖμον,*[13]

---

1) Ita emendavit Brunck; antea omnes legebant Ζεύς.

2) Ursin. et Steph. male πᾶσι; Brnck. emendationem, jam a Scaligero propositam, πάντεσσι in textum recepit; Mosheim καὶ πᾶσι, minus commode.

3) Ursinus ἤχου; Scaliger proponebat ὄχου; corpus enim, inquit, ὄχημα ψυχῆς; Gedikius ἐκ σοῦ, quod metro repugnat; Mohnik. ἴσου; Petersen., cujus adnotationem ad h. l. cf., ὅ σοῦ. Lectionem receptam Brunckio debemus, qui dicit, librarium in margine adscripsisse ἤχω ad vocem ἰῆς interpretandam. Ceterum confiteor, Petersenii emendationem etiamsi a grammatices legibus aliquantum abhorrentem maxime mihi placere, quod sensui non repugnat.

4) Ex cod. Vatic. recepit Heeren; non μοῦνον.

5) Male cod. Vatic. ζῶσι. 6) ἀκινήτοις Mosh.

7) Alii ἐνὶ. 8) Alii πληγγῆς.

9) Haec est lectio codicum, a Brunck. temere in μεγάλοις μικροῖς τε Φ. At bene vulgarem lect. defendit et exemplis illustrat Cl. Petersen. p. 27. et 28. Plut. de orac. def. c. 41. t. II. p. 432. B. ed. Fr. βύσσῳ δὲ γλαυκῆς κρόκου καταμίσγεται, et Empedocles I. v. 112. ed. Sturz, et II, 116. Ita Genit., ut in his exemplis, pendet a verbo μίγνυμι.

10) Haec eadem est lectio Codic. a Mohnik.

Hymnus auf Zeus.

Höchster der Götter, o Zeus, Vielnamiger, ewiger Herrscher,
Herr der Natur, der nach seinem Gesetz regieret das Weltall,
Sei mir gegrüsst! Zu Dir darf jeglicher Sterbliche beten,
Sind wir ja Deines Geschlechts, wir allein theilhaftig der Sprache
Kunst unter Allem, was lebt und kreucht auf der Erde geboren;
Darum will ich Dir singen und Deine Macht ewig erheben.
Dir gehorchet zumal der die Erd' umkreisende Himmel,
Wie Du ihn lenkst, und er lässt von Dir sich willig beherrschen.
Also schwingst Du mit mächtiger Hand den gewaltigen Diener,
Den zweischneidigen Blitz, den flammenden, ewig genährten;
Denn es-erstarrt die Natur von seinem Strahle getroffen;
Durch ihn lenkest Du fest die Allvernunft, welche durchs Weltall
Dringt und erfüllest mit ihr so die grossen als kleinen Gestirne;
O wie erhaben bist Du, Du höchster König des Weltall's!
Ohne Dein Wissen geschieht kein Werk je, Gott, auf der Erde,

p. 29. sq. bene defensa contra alios, qui ὅς praeferunt. Scite enim Mohnik. ibid. monet, Cleanthem etiam in fragmentis hac particula versus incipere amare, e. g. I, 3. III, 2.

11) Br. post. v. 14. lacunam esse putavit, quam Cludius ita explendam esse censebat: Νωλεμέως κρατερῆς διὰ βουλῆς πάντα κυβερνᾷς. Sed quorsum haec, quum omnino nihil excidisse nobis videatur et omnia apte cohaereant?

12) Al. ἐνί. 13) Brunck. ita; Mss. δαίμων.

Οὔτε κατ' αἰθέριον θεῖον πόλον, οὔτ' ἐνὶ[14]) πόντῳ,
Πλὴν ὁπόσα ῥέζουσι κακοὶ σφετέρῃσιν ἀνοίαις.
Ἀλλὰ σὺ καὶ τὰ περισσὰ ἐπίστασαι ἄρτια θεῖναι[15])
Καὶ κοσμεῖν[16]) τὰ ἄκοσμα, καὶ οὐ φίλα σοι φίλα ἐστίν.
Ὧδε γὰρ εἰς ἓν ἅπαντα[17]) συνήρμοκας, ἐσθλὰ κακοῖσιν,
Ὥσθ' ἕνα γίγνεσθαι πάντων λόγον αἰὲν ἐόντα,[18])
Ὃν φεύγοντες ἐῶσιν, ὅσοι θνητῶν κακοὶ εἰσίν,
Δύςμοροι, οἵτ' ἀγαθῶν μὲν ἀεὶ κτῆσιν[19]) ποθέοντες
Οὔτ' ἐςορῶσι θεοῦ κοινὸν νόμον, οὔτε κλύουσιν,[20])
Ὧι κεν πειθόμενοι σὺν νῷ βίον ἐσθλὸν ἔχοιεν.
Αὐτοὶ δ' αὖθ'[21]) ὁρμῶσιν ἄνευ καλοῦ[22]) ἄλλος ἐπ' ἄλλα,
Οἱ μὲν ὑπὲρ δόξης, σπουδὴν δυςέριστον ἔχοντες,
Οἱ δ' ἐπὶ κερδοσύνας τετραμμένοι οὐδενὶ κόσμῳ,
Ἄλλοι δ' εἰς ἄνεσιν καὶ σώματος ἡδέα ἔργα
Σπεύδοντες μάλα πάμπαν, ἐναντία τῶνδε γενέσθαι.[23])
Ἀλλὰ Ζεῦ[24]) πάνδωρε, κελαινεφὲς, ἀρχικέραυνε,[25])
Ἀνθρώπους ἐρύεσθαι[26]) ἀπειροσύνης ἀπὸ λυγρῆς,
Ἣν σὺ, πάτερ, σκέδασον ψυχῆς ἄπο, δὸς δὲ κυρῆσαι
Γνώμης, ᾗ πίσυνος σὺ Δίκης[27]) μέτα πάντα κυβερνᾷς,
Ὄφρ' ἂν τιμηθέντες ἀμειβώμεσθά σε τιμῇ,

---

14) Ursinus et Petersen 'ἐπὶ.

15) Hunc versum casu interceptum et ab editoribus prioribus omissum, Brunck. in gnom. demum e Codd. Pariss. recepit.

16) Omnes ceteri κοσμεῖς; Infin., quo oratio facilius currit, Heerenii codd. exhibere videntur.

17) Ursinus et ceteri, ipse Br. in Anal. πάντα, cui lect. tamen in gnom. ἅπαντα praetulit, quod omnes editt. recentt. receperunt.

18) Ursinus et omnes codd. male ἐόντων; egregiam emendationem Brunckio debemus.

19) Mosheim in Cudw. Syst. sine ulla causa τὴν μὲν κτῆσιν legit.

20) οὔτε ἐκλύουσιν Cod. Vat.

21) Ita Cod, Vatican. et Aug.

22) Codd. Vat. et Aug. male κακοῦ pro καλοῦ legunt.

23) Hic l. criticos admodum vexavit; omnes omnium ejus emendationes vel conjecturas repetere longum est. Itaque sufficiat, gravissimas tantum enumerasse. Omnes enim Mss. inter vers. 29. et 30. continent versum mutilatum: ἐπ' ἄλλο τε δ' ἄλλα φέροντες, quem Heeren. complevit verbis πολλοὶ πολλὰ μογοῦσι in fronte positis. Cudworth, Mosheim et qui hos secutus esse videtur Gedikius M. T. Cic. hist. phil. antiq. p. 312. et v. 30. e textu ejecerunt. Mutilum vers. primus Brunck. removit, conjiciens haud dubie, librarium eum interposuisse explicandi causa, cui ante oculos obversatus sit finis v. 26.

Weder am himmlischen Pole, dem göttlichen, noch auf dem Meere,
Ausser was frevelnd begeh'n durch eigne Verblendung die Sünder;
Doch Du vermagst auch da Ungleiches weise zu richten,
Und das Rohe zu ordnen, das Feindliche ist Dir befreundet.
Also fügtest Du Alles in Eins, selbst Gutes zum Bösen,
Dass für die ganze Natur ein ewig waltend Gesetz sei,
Welches verlassen aus Scheu, so viele der Sterblichen schlecht sind;
Elende sie, die, nur stets nach der Güter Besitze verlangend,
Nicht des Gottes gemeinsam Gesetz vernehmen und achten;
Folgten sie dem mit Verstand, dann lebten sie selige Tage.
Frei, ohne Tugend jedoch, strebt Jeder nach anderem Ziele:
Einige wegen des Ruhm's von unseligem Eifer gedränget,
Andere trachten nur nach dem schnöden Gewinn ohne Ordnung,
Andere nach Ueppigkeit nur und süssem Schwelgen der Wollust,
Strebend mit heisser Begier nach dem, was diesem entgegen.
Doch allsegnender Zeus, Schwarzwolkiger, Herrscher des Blitzes,
Rette die Menschheit doch von der Thorheit schwerem Verderben,
Scheuche sie, Vater, hinweg von der Seele, lass Weisheit sie finden,
Welcher vertrauend Du stets das All mit Gerechtigkeit lenkest,
Dass wir, geehret von Dir, Dir wieder vergelten mit Ehrfurcht,

---

Hunc autem sequuntur, excepto Cludio, omnes postea hymnum interpretati. Accuratius, ut solet, Mohnik. p. 34—45 ingenii acumini hunc l. subjecit. Hoc certo constat, illam phrasin ἐπ' ἄλλο τε δ' ἄλλα φέροντες neque ad illustrandum sensum, neque ad augendam loci vim poeticam quidquam afferre, imo potius totam sententiam languidam reddere.

24) Inde ab Ursino usque ad Brunck. legebatur Ζεὺς; quamquam ap. Hom. aliosq. nominat. saepius pro vocat. usurpatur, tamen h. l. sequentium adject. causa Vocativ. praeferendum esse putamus, i. q. jam Br. vidit.

25) Alii Stoicorum placitis minus congruenter, ἀργικέραυνε, quae vox tamen Homero (Jl. XXII, 177. et passim) usitata est.

26) Mss. omnes leg. ῥύου, quod metro repugnat, quum υ hujus verbi sit breve apud Hom. et cett. poett. (cf. Buttm. Gr. Gr. p. 281. 59. Lexil. I. p. 63—67. Kühn. §. 218. p. 235. sq.) Scalig. conjiciebat μὲν ῥύου — Brnck. ῥύοιο, quem Clud., Gedik., Sturz, Mohn. secuti sunt. Quae lectio quum Petersenio non probaretur, emendabat εἴρυσσαι et in textum h. lect., ni fallor, recepit. Aut ita, aut uti ego proposui, legendum est, quum ἀ vocis ἀπειρος per se breve sit.

27) Ita Petersenium secuti scribendum esse putavimus, cujus not. ad h. l. cf.

Ὑμνοῦντες τὰ σὰ ἔργα διηνεκὲς, ὡς ἐπέοικε
Θνητὸν ἐόντ᾽,[28]) ἐπεὶ οὔτε βροτοῖς γέρας ἄλλο τι[29]) μεῖζον
Οὔτε θεοῖς, ἢ κοινὸν ἀεὶ νόμον ἐν δίκῃ ὑμνεῖν.

Fragmenta.

I.

Ἄγου δέ μ᾽, ὦ Ζεῦ, καὶ σύ γ᾽, ἡ Πεπρωμένη,
Ὅποι ποθ᾽ ὑμῖν εἰμι διατεταγμένος,
Ὡς ἕψομαί γ᾽ ἄοκνος· ἢν δὲ μὴ θέλω,
Κακὸς γενόμενος, οὐδὲν ἧττον ἕψομαι.[30])

II.

Τ᾽ ἀγαθὸν ἐρωτᾷς μ᾽, οἷον ἔστ᾽; ἄκουε δή·
Τεταγμένον, δίκαιον, ὅσιον, εὐσεβὲς,
Κρατοῦν ἑαυτοῦ, χρήσιμον, καλὸν, δέον,
Αὐστηρὸν, αὐθέκαστον, αἰεὶ συμφέρον,*)
Ἄφοβον, ἄλυπον, λυσιτελὲς, ἀνώδυνον,**)
Ὠφέλιμον, εὐάρεστον, ἀσφαλὲς, φίλον,
Ἔντιμον, ὁμολογούμενον — — —***)
Εὐκλεὲς, ἄτυφον, ἐπιμελὲς, πρᾷον σφοδρὸν,
Χρονιζόμενον, ἄμεμπτον, αἰεὶ διαμένον.[31])

III.

Ἀνελεύθερος πᾶς, ὅστις εἰς δόξαν βλέπει,
Ὡς δὴ παρ᾽ ἐκείνης τευξόμενος καλοῦ τινος.[32])

---

28) Ursin. et Steph. ἐόντα. Urs. ὄντοι, Steph. ὄντι. Cudw. Br. et omnes recentt. οὔτε; recte.

29) Ursin. et Steph. ἄλλοτε; Br. et omnes eum sequentes ἄλλο τι, quod facile cuique probatur.

30) Hos versus, quos invenimus in Epictet. enchirid. cp. 77. ed. Heyn. II, p. 206. Simplicius Cleanthi adscribit. Seneca ep. 107. Sic, inquit, alloquamur Jovem, cujus gubernaculo moles ista dirigitur, quemadmodum Cleanthes noster versibus disertissimis alloquitur:

„Duc me, parens, celsique dominator poli,
Quocunque placuit; nulla parendi mora est:
Adsum impiger; fac nolle, comitabor gemens;
Malusque patiar, quod pati licuit bono."

Quibus J. Lipsius haec addit: „Versus sane egregii et pii et Cleanthe illo digni!"

*) Male ap. Euseb. ἀεισύμφορον.

Deine Werke besingend in Ewigkeit, wie es sich ziemet
Sterblichen, denn kein Beruf ist schöner für Götter und Menschen,
Als nach Gebühr das Gesetz zu preissen, das Alles beherrschet.

Bruchstücke.

I.

O führe Du mich, Zeus, und du, o Vorsehung,
Wohin ich je von Euch bestimmet bin,
Dass ohne Säumen ich Euch folge; wollt' ich nicht,
So folgt' ich, wär' ich elend auch, Euch dennoch.

II.

Du fragst mich, was das Gute sei? So höre denn:
Was wohlgeordnet, heilig und gerecht und fromm,
Sich selbst beherrscht, nützt, schön ist und geschehen muss;
Das Strenge, das sich selbst genügt und stets nur frommt,
Nicht Furcht, nicht Schmerz und Trauer kennt, dem Zweck gemäss,
Erspriesslich, gottgefällig, lieb, beharrlich ist,
Voll Würde und naturgemäss —
Was rühmlich ist, bescheiden, sorgsam, mild und stark,
Was sonder Tadel, nimmer alternd ewig bleibt.

III.

Unfrei ist wahrlich Jeder, der nach Ruhme schaut,
Als würde dieser eine Tugend ihm verleih'n.

**) Vulgo ἀνώδινον, quod sensu caret et omnino vox graeca non est.

***) Cl. Klotzius recte monet, h. l. nonnulla deesse. Apud Euseb. male ita: Ὠφέλιμον, ἀσφαλὲς, φίλον, ἔντιμον, εὐάρεστον ὁμολογούμενον.

31) Hi versus inveniuntur ap. Clem. Alex. admon. ad gent. cp. V, §. 72. ed. Klotzii. et Strom. V, 14. §. 111. Ex Clem. autem Euseb. praepar. evangel. XIII, p. 679. ed. Viger. eos ordine confuso mutuatus esse videtur. Clemens verbis disertis dicit, Cleanthem ἔν τινι ποιήματι περὶ τοῦ θεοῦ haec scribere.

32) Apud eundem Clem. Al. Strom. V, 14. 112. hi duo versus illos proxime laudatos excipiunt paucis tantum interpositis verbis.

IV.

Μὴ πρὸς δόξαν ὅρα, ἐθέλων σοφὸς αἶψα γενέσθαι,
Μηδὲ φοβοῦ πολλῶν ἄκριτον καὶ ἀναιδέα δόξαν·
Οὐ γὰρ πλῆθος ἔχει συνετὴν κρίσιν, οὔτε δικαίαν,
Οὔτε καλήν· ὀλίγοις δὲ παρ' ἀνδράσι τοῦτό κεν εὕροις.[33])

V.

Ὅς τις ἐπιθυμῶν ἄνεχετ' αἰσχροῦ πράγματος,
Οὗτος ποιήσει τοῦτ', ἐὰν καιρὸν λάβῃ.[34])

VI.

Πόθεν ποτ' ἄρα γίγνεται μοιχῶν γένος;
Ἐκ κριθιῶντος ἀνδρὸς ἐν Ἀφροδισίοις.

VII.

Οὐδὲν κακουργότερον διαβολῆς ἐστι πω·
Λάθρα γὰρ ἀπατήσασα τὸν πεπεισμένον,
Μῖσος γὰρ ἀναπλάττει πρὸς τὸν οὐδὲν αἴτιον.

VIII.

Λόγος.
Τί ποτ' ἐσθ', ὅ τι βούλει, θυμέ; τοῦτό μοι φράσον
Θυμός.
Ἔχω λογισμόν, πᾶν ὃ βούλομαι, ποιεῖν.
Λόγος.
Βασιλικὸν εὖγε †) πλὴν ὅμως εἶπον πάλιν.
Θυμός.
Ὡς ἂν ἐπιθυμῶ ταῦθ' ὅπως γενήσεται.[35])

IX.

Πόρναις τε δοῦναι, σῶμά τ' εἰς νόσους πεσὸν
Δαπάναις ἐπιτρίψαι.[36])

---

33) Idem ibidem Strom. V, 3. 18. dicit, Cleanthem in libr. poetices ita scripsisse.

34) Fragm. V—VII depromta sunt ex Stobaei Sermon. VI. et XL. (vid. Mohnik. p. 51. et 52.) cf. H. Grotii Stobaei florileg. p. 41, 43. et 161. Mohnikio non repugnamus, qui contendit, ea ex Cleanthis libris de virtute et de nuptiis esse conservata. Rectius fortasse conjicias, fragm. V. ex libro περὶ ὁρμῆς esse desumtum.

35) Hoc fragm. reperitur in Galeni libr. de Hippocratis et Platonis decretis l. V, tom. I. p. 292. Basil. 1538. fol. Ibidem Galenus testatur, Posidonium affirmare, dialogum hunc Cleanthi originem debere. Textus, quem nos typis ex-

IV.

Achte der Meinung nicht, willst schnell ein Weiser Du werden,
Fürcht' auch nimmer des Volk's schamlos verworr'nes Gerede;
Wohnt bei der Menge doch nicht Urtheil, das schön und gerecht ist,
Noch verständig; denn nur bei Wenigen findest Du solches.

V.

Wer immer voll Begier an böse Thaten denkt,
Der wird sie auch begehn, sobald die Stunde kommt.

VI.

Woher doch stammt das Volk der Ehebrecher nur?
Wenn einen Mann die Liebesgluth zu heftig reizt.

VII.

Nichts Unheilvoll'res als Verläumdung gibt es wohl;
Denn tückisch hintergeht sie den Vertrauenden,
Und Hass ersinnt sie gegen den, der ohne Schuld.

VIII.

Vernunft.

Was ist's, wonach Du strebst, Begier? o sag' es doch!

Begierde.

Ich habe Lust, was Alles mir gefällt, zu thun.

Vernunft.

Ei, königlich! Doch sag' es mir nur einmal noch.

Begierde.

Dass das, was mich gelüstet, auch erfüllet wird.

IX.

Den Buhlerinnen spenden, und den kranken Leib
Durch Schwelgerei zerstören. — — — —

---

primendum curavimus, passim a Scaligo emendatus est.

36) Suppositis aliquot aliis vocibus, poeta noster, ut recte monet Mohn., versu Euripidis, cui Stoici enixe favebant, usus est et aut in libro περὶ ἡδονῆς, aut περὶ ὑμεναίων sensu illius versus mutato in suum convertit usum. Nam ap. Eurip. El. 427. sq. sermo est de divitiarum praestantia:

Ξένοις τε δοῦναι σῶμά τ' εἰς νόσον πεσὸν
Δαπάναισι σῶσαι. — Invenimus hoc fragm. Plutarch. in libr., quomodo juvenes poetas legant II, p. 33. ed. Xylandri.

Haec sunt quae Cleanthis nomine feruntur fragmenta. Utrum omnia vero Stoico illi, qui Zenoni in moderanda stoa successit, debeant originem necne, haec certe causa posteritati integra erit reservanda, nisi forte fortuna adjuvante in bibliothecarum Italiae vel Graeciae refugiis singula Cleanthis opera partibus suis ita completa, ut nihil omnino desideretur, invenientur. Illa quae modo enumeravimus fragmenta quum Cleanthi auctori tribuuntur, tum maxime priscorum Stoicorum redolent doctrinam. Ex omnibus autem Cleanthis fragm. longe gravissimum esse hymnum, partim ex ejus argumento, partim inde potest colligi, quod ab eo inde tempore, quo primum in lucem erat editus, viri docti operae pretium esse duxerunt, suam diligentiam in eo interpretando collocare.

A.

Primo eum in lucem editum invenimus in libro, qui inscribitur:

1) Carmina IX. illustrium feminarum et lyricorum, Elegiae, Bucolica, Cleanthis aliorumque fragmenta nunc primum edita ex bibliotheca Fulvii Ursini, Antwerpiae 1568. 8. — Ursinus autem eruerat carmen e Cod. eclogarum physs. Stobaei in biblioth. Farneseana asservato et calamo diligentissime exceptum in lucem prodire jussit.

2) Ex hoc deinde libello transierat in Henr. Stephani poesin philosophicam. Paris 1573. 8. et tum in

3) Cudworthi intellectual system of the universe. Lond. 1578. p. 432. (Moshemii opera in ling. lat. translat. Jen. 1733. p. 515.)

4) Histoire de la philosophie payenne. II Vol. à la Haye 1724. 8. I. p. 96.

5) Epicteti enchirid., Cebetis tab., Prodici Hercules et Cleanthis hymnus, graece et lat. Glasguae excud. Rob. Foulis 1744. 12. p. 84.

6) Tandem Cl. Brunckius hoc carmen judicio suo subjecit, e cujus manibus primum prodiit in Analectt. vett. poett. gnom. Argentor. 1772 — 76. III Vol. ib. Vol. II., p. 225.

7) M. T. Ciceronis hist. philos. antiq. ed. Gedike. Berol. 1782. 8. p. 311. Jam anno 1778. idem hymnum Germanica interpretatione donaverat in Wiel. deutschem Museum. Jul. p. 24.

8) Gnomici poetae graeci cura Brunckii. Argentor. 1784. — ed. II. 1817. cura Schaeferi p. 203. et 204. ibid. interpretat. lat. Jac. Duporti et gallicam Bougainvillii uti etiam italicam Girolami Pompei invenies.
9) Antholog. graeca poetica ed. F. C. Harless. Baruth. 1792. 8. p. 84.
10) Joh. Stobaei Eclogae. ed. A. H. L. Heeren. Gott. 1792. 8. vol. I. p. 30.
11) M. Musuri carmen in Platonem cet. Appendicis loco subjicitur hymnus Cleanthis Stoici aliaq. ed. Sm. Butler. Cantabrig. 1797. 8.
12) Poetae graeci gnomici ed. Schaefer. Lips. 1815. 12. ed. II. 1818.
13) — — — Lips. 1819. 12.
14) Callimachus, Proclus, Cleanthes. Paris. 1825. 8.

B.

Seorsim autem editus est hymnus:

1) Cleanthis hymnus in Jovem graece. Hymne à Jupiter, trad. par M. de Bougainville. Goth. 1781. 4.
2) — — — — ed. J. L. Blessig. Argentor. 1781. 8.
3) — — — — graece ed. notis illustr. L. W. Sturz. Lips. 1785. 4. nova cura ed. L. J. Merzdorf. Lips. 1835. 8.
4) Kleanth's Gesang auf den höchsten Gott, griech. und deutsch, nebst einer genauen Darstellung der wichtigsten Lehrsätze der stoischen Philos. von Herm. Heimart Cludius. Göttingen 1786. 8.
5) Hymnus Cleanthis denuo recensitus, notis illustratus, rhythmis donatus teutonicis nec non suecanis exerc. phil. moderante L. Th. Kosegarten, propon. L. Edwall. Gryphisw. 1818. 4.
6) Kleanthes der Stoiker v. G. Chr. Fr. Mohnike. 1. Bdchen. Poetische Ueberreste. Greifsw. 1814. 8.
7) Specimen theologiae comparativae exhibens Κλεάνθους ὕμνον εἰς Δία. ed. J. H. A. Schwabe. Jen. 1819. 8.
8) Cleanthis in Jovem hymn. denuo recognitus, ed. Chr. Petersen. Kil. 1825. 8.
9) Ejusdem Cleanthis Stoici hymnus auctori suo vindicatus ad ejusque doctrinam enarratus a Chr. Petersenio phil. Dr. Hamburgi 1829. 4.

C.

Hymnus in plures linguas conversus:

a) in latinam:

1) a Duportio Prof. Cantabrig. ap. Cudworth l. l.
2) Cleanth. hymn. in Jov. latinis versibus redditus et illustratus ab A. Chr. Henr. Weiss. Rothenb. ad Tub. 1783. 4.
3) Hieron. de Bosch. Poemata Traj. 1803. 4. s. fin.
4) Circumspectus in philosophia auct. D. Florello. Gryphiae 1809. 8. p. 55.

b) in recentiores linguas:

1) a Girol. Pompeio in ital. vid. ejus opp. 1790. tom. II.
2) a Bougainvillio in franco-gall. l. l.
3) in anglicam auct. Gilb. West in Monthly Review. Jun. 1749. p. 122. et in ejusd. Pind. Lond. 1754. 8. vol. I, p. 282.
4) in suecicam auct. Edwall. l. l.

c) in germanicam:

1) a Gedikio l. l.
2) ab Horstel. in libr: Abriss einer Religionslehre des Plato. Braunschweig 1789. 8.
3) ab Herdero, zerstreute Blätter. Samml. II. pag. 209. 8. 1792.; emendatus in Hellas' Veilchen. Chemnitz. 1801. 4. p. 158.
4) a K. P. Conz, Analecten oder Blumen und Phantasieen aus Griechenl. Lips. 1793. 8. p. 78.
5) a Kosegarten. l. l.
6) a Mohnikio l. l. inde a pag. 115 — 121.
7) a Krugio (Guil. Traug.) de Cleanthe divinitatis assertore et praedicatore. Programm. 4. Lips. 1824. pag. IX — XIV.
8) a Petersenio l. l. 9. p. 11 — 14.

Quum omnes, quos modo enumeravi, hymni editores uno ore consentientes Cleanthem hoc carmen composuisse pro certo sumant, tamen, ut ex egregia Petersenii dissertatione (p. 2.) cognovi, unus et quidem juris consultus*) quidam vulgarem sententiam omnibus hucusque comprobatam in dubium vocavit, dicens, falso hoc carmen Cleanthi, Zenonis discipulo, adscribi. Ille autem quod contendit duobus maxime fulcire conatur argumentis. Primum enim errare eos dicit, qui Cleanthem illius hymni auctorem esse sibi persuadeant, „*quod neque Diogenes L. ejus faciat mentionem, ceteroquin videlicet accuratissimus, neque patres ecclesiastici, quibus hymni nostri commemorandi saepius fuisset copia.*“ Inde igitur colligit, „*Diogenis aetate praeclarum hoc antiquitatis monumentum nondum exstitisse; scriptorem enim putat esse Diogenem ita diligentem, ita omnia amplectentem, qui nihil praetermittere potuerit.*“

Solus quod sciam hic Cleanthis adversarius Diogeni tantam diligentiae, curae et certae fidei laudem tribuit, unde facile conjicias, hunc scriptorem illi aut minus, aut prorsus non cognitum fuisse. Etiamsi libenter credimus, Diogenem non de industria in libro suo a veritate declinasse, tamen ejus memoriam non satis tenacem fuisse, facile ex multis locis potest perspici, quibus partim in describendis singulorum philosophorum doctrinis, partim in statuendo tempore, quo vixerint, partim in recipiendis aliorum opinionibus aut nimis incuriosum, aut negligentem, aut etiam credulum se exhibuisse videtur, adeo ut interdum sibimet ipsi repugnet.**) Quamvis igitur multa et magnam partem haud parvi facienda

*) In repertorio Lips. Vol. III. 1819. ubi in recensenda Seebodii biblioth. critica de commentatione nescioocujus K—i hoc ipsum argumentum tractante haec referuntur p. 417.: „Zuerst sind die Gründe zusammengestellt, warum Kleanth nicht für den Verf. gehalten werden könne.“ v. Petersen. pag. 2. — Ceterum quum neque repertorium Lipsiense, neque Seebodii biblioth. crit. mihi praesto fuerit, Petersenium utpote auctorem fide dignissimum in enumerandis adversarii argumentis secutus sum.

**) Instar omnium sufficiat monuisse, quae de Cleanthis ipsius morte VII, 176. dicit, eum Zenonis aequasse aetatem et 80 annos vixisse; attamen l. l. 28. Zenonem nonagesimo octavo vitae anno diem supremum obiisse narraverat. —

ad historiam philosophiae cognoscendam Diogeni debeamus, quippe qui fere solus permultas res et notitias, clarissimorum philosophorum doctrinas et vitas illustrantes nobis servarit, quibus carentes aut omnino nihil, aut perpauca tantum de iis nossemus: tamen hoc inter omnes constat, eundem haudquaquam incuriae, negligentiae et multis etiam locis dubiae fidei culpa posse absolvi. Quantumvis autem magnae laudi ducamus Diogeni colligendi industriam et indefessum veterum scripta excerpendi studium, omni tempore admodum dolendum erit, eum judicandi et vera a falsis discernendi vi nimis fuisse destitutum.

His praemissis facile quisque judicabit, quanti sit illud argumentum Icti istius habendum, opinantis, propterea hymnum Cleanthi esse abjudicandum, quod Diogenes ejus omnino nullam fecerit mentionem. Lubenter quidem, i. q. constat, illi concedimus, Diogenem nusquam facere mentionem hujus carminis. At quis est, qui nesciat, eundem multorum et Pythagorae et Platonis et Zenonis, Chrysippi et Epicuri compluriumq. aliorum, quorum vitas describit, librorum inscriptiones silentio praeteriisse, quae tamen apud Ciceronem, Senecam, Plutarchum, Sext. Empiricum et patres imprimis ecclesiasticos aliosque antiquitatis scriptores commemorantur? Nonne etiam fieri potuit, ut hic hymnus e majore quodem Cleanthis opere e. g. περὶ θεῶν, aut περὶ τοῦ ποιητοῦ aliove, quae multa enumerat Diogenes, fuisset depromptus, ita ut singulum carmen ejusdem nomine postea circumferretur et tandem a Joh. Stobaeo (saec. V. p. Chr. n.) reciperetur in eclogas? Quamvis autem Stobaeum in addendis auctorum nominibus negligentiae vix omnino absolvere possis, tamen h. l. tanto gravioris momenti existimaverimus, in margine Cleanthis nomen certo esse appositum, quod totum hujus carminis argumentum Cleanthis et veterum Stoicorum doctrinae prorsus respondeat, quodque veterum Stoicorum, quod meminerim, solus Cleanthes versus fecisse dicatur. At dixerit quispiam, patres ecclesiastici si hoc carmen cognovissent, sine ulla dubitatione in suum convertissent usum, ut paganos, suis erroribus relictis, ad sese allicerent, quo facilius sanctiorem excelsioremque Jesu Christi fidem sequerentur atque profiterentur. Nam ejus argumentum maximam partem tam egregium est, ut a divinis Christi praeceptis haud ita multum abhorrere videatur.

Ita lib. X, 9. memoriae prodit, Epicurum ad Carneadem se contulisse, quem tamen ipse lib. IV, 65. anno 4. Olymp. 162 mortuum esse refert, Epicurum vero X, 15. jam anno 2. Ol. 127 annos 72. natum esse scribit, ita ut uterque ne aequales quidem esse potuerint. — De Diogene ejusque fide cf. varia variorum judicia ap. Longolium in praef. ad Diog. L. Curiae Regnit. 1740. p. 34 – 43., Fuhrmann Handb. der klass. Literat. III. Bd. I. Abth. Halle 1807. p. 172. f. E. Reinhold Geschichte der Philos. III. Aufl. Jen. 1845. Bd. I, pag. 16 §. 14. — J. Fr. Fries Gesch. der Philos. I. Bd. p. 502. 508. et passim. Hall. 1837.

Et tamen Stoicorum philosophia, quamvis ceterum sit eximia, speciem tantum quandam similitudinis cum illis J. Christi praeceptis prae se fert, i. q. infra particula II. fusius et copiosius demonstrabimus. Tantum autem abest, ut propterea, quod nullus patrum ecclesiasticorum hoc carmen commemoret, litem compositam esse putemus, ut persuasum habeamus, illud argumentum non adeo magnam probandi vim habere, quum ab altera parte multa eaque praeclara antiquitatis opera, quamquam ab illis patribus aeque atque ab antiquis scriptoribus et Graecis et Romanis non laudata, nihilo secius aetatem tulerint. Aut enim illi patres non omnes omnium veterum scriptorum libros cognoverunt, aut illis non est oblata occasio, eorum faciendi mentionem. Nonne autem fieri etiam potuit, ut illi patres sancti, si nossent, de industria hoc carmen silentio praeterirent, ne sibi quando pagani repugnarent causam interserentes, doctrinam religionis christ. nihil omnino novi esse, quippe quae a sua religione non ita multum discreparet? Sed ab ejusmodi argutiis redeamus ad alterum illud argumentum, quo Ictus iste fidem hujus hymni labefactare conatur, quodque pertinaciter amplectitur. „Stoicum videlicet carminis auctorem esse concedit; *Stoicum vero opinatur saeculi III. vel. IV. post Chr. n., Orphicorum aequalem, qui quidem post Diogenem vixerit.* Pro argumentis, quae tempori huic ad barbariem vergenti carmen vindicent, *primo* epitheta afferuntur nimis cumulata eaque e critici nostri sententia antiquioribus poetis incognita, *deinde opposita longius petita, tum solutior verborum nexus, et similitudo* denique, *quam ei cum Orphicis intercedere contendit.*" *) Quod si asserit ille criticus, hunc hymnum originem debere Stoico cuidam saeculi III. vel IV. post Chr. n., satis indicat, sibi Stoicorum philosophiam, qualis sensim erat exculta, non plane fuisse cognitam. Quicunque enim historiae philosophiae non prorsus ignarus est, probe scit, multum interesse inter Stoicos antiquiores usque ad Panaetium et recentiores usque ad M. Aurel. Antoninum. Nam his ante omnia curae cordique erat, Zenonis vestigia premendo divinarum et humanarum rerum causas et naturam penitius cognoscere et veritatem subtilius investigare. Recentiores contra Stoici haud paulum a Zenonis, Cleanthis et Chrysippi ratione declinaverant, et ex Platonis, praesertim etiam Aristotelis placitis quae sibi optima viderentur delibabant, quum non tam theoreticae quam practicae philosophiae sese darent.**) Etsi autem in universum augustam morum integritatem et animi impercussam constantiam etiamtum retinebant, tamen in iis quae reliquerunt scriptis et sententiarum et verborum tumore quodam insignes se reddiderunt. (Cf. instar

*) Vid. Petersen l. l. p. 4. **) cf. Reinhold Gesch. d. Philos. I. Bd. p. 253 f. 255. 261. f.

omnium *Senecam, Epictet., Antonin.*) Ubinam autem tale quiddam invenias in hoc hymno? Nonne singula quaeque pariter atque tota cogitationum series gravem illam et augustam Stoicorum pietatem, severitatem et constantiam ubique ostendunt? Nonne haec ipsa causa nos cogat, ut nobis persuadeamus, antiquiorum Stoicorum aliquem hoc carmen composuisse, quod omni fere et verborum et sententiarum ornamento careat, ita ut, quod ad genus dicendi attinet, vim poeticam saepius desideremus?

Quod autem deinde ad „*epithetorum nimis cumulatorum*“ usum attinet, poetam nostrum cum Homero collatum facile talem invenies, qui omni versuum structura, praecipue autem epithetis cum substantivis apte conjunctis magistri Homeri vestigia felici presserit imitatione. Adhibet autem non modo justo non plura epitheta, sed etiam, quum iisdem fere Homerus utatur, ab ejusdem dicendi genere in universum paululum tantum recedere videtur. Nam ii carminis loci, quibus epithetorum frequentatio maxime possit offendere v. 1. et. 2. 9. et 10. 14. 16. 31. et 32. omnino fere cum Homeri vel Homeridarum dicendi genere congruunt. Quo vero clarius quae contendimus appareant, omissis ex Homeri hymnis vel Odyssea locis utpote recentiore aetate scriptis, aliquot exempla afferemus ex Iliade desumta, e quibus facile intelligetur, jam Homerum aeque ac nostrum poetam et interdum, uti videtur, justo pluribus epithetis fuisse usum. Ita Il. II, 412. a) Jovem alloquitur: Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε, κελαινεφὲς, αἰθέρι ναίων cf. III, 276. 298. IV, 166. 320. XVI, 233. XXIV, 308. et saepius: sic Agamemnonem alloquitur hisce verbis II, 434. XIX, 146. 199. Ἀτρείδη, κύδιστε, ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγάμεμνον. cf. III, 182.; Parim. III, 39. cf. XIII, 769. XVII, 12. b). II, 46. sq. Ἀθήνη Αἰγίδ᾽ ἔχουσ᾽ ἐρίτιμον, ἀγήραον ἀθανάτην τε. XIII, 21. sq. δώματα χρύσεα, μαρμαίροντα, ἄφθιτα αἰεί nominantur, ita ibid. v. 23. et 24. 25. 36. sq. 40. 798. XIV, 171. 176. et passim. Neque tamen Homero vitio duxerim, quod Jovem aliumve deorum aut ducem pluribus allocutus est epithetis; equidem enim in cumulatis illis l. l. epithetis et pietatis et reverentiae specimen conspicere malim. Quum autem Homerus rem aliquam diligentius descripturus compluribus utitur epithetis b.) l. l., tantum abest, ut poetae hoc vitio vertam, ut persuasum habeam, illum adjunctis substantivo compluribus adjectivis rem describendam admota quadam luce collustrare voluisse. Ita etiam in Cleanthe epithetorum frequentationem judicandam existimaverim.

Quod si praeterea Cleanthis adversarius dicit, *opposita in hoc carmine longius esse petita*, vix intelligere me profiteor, quid hoc sibi velit. Dolendum est profecto, criticum illum non proposuisse singulos ex carmine ipso versus, e quibus quae poetae vitio vertit, facilius eluceant. Quis vero h. l. non meminerit,

quae Diog. L. l. VII. de Stoicis refert, unde cognoscimus, illos philosophos de industria singulas notiones subtilissime sibi opposuisse, quo clarius cujusvis rei, de qua disputarent, veritas intelligeretur altiusque in animum demitteretur? Illam igitur consuetudinem notionum sibi opponendarum maxime propriam fuisse antiquorum Stoicorum, ex Diogene L. facile perspicimus. Quum autem inter omnes liberalium artium peritos constat, „opposita juxta se posita magis illucescere," nonne haec ipsa res, quae ab illo critico poetae nostro vitio habetur, tanto majori laudi tribui poterit? Quamquam enim jure meritoque quemque scriptorem reprehendimus, qui oppositis justo pluribus utitur, tamen vix ejusmodi quidquam reprehendendum invenias in hoc carmine.

Tum vero criticus ille hymni poetae vitio vertit, quod verborum in h. carmine solutior sit interdum nexus. Ut sint sane nonnulli, sed perpauci tantummodo loci, qui laxius cohaerere videantur, nihil tamen propterea est, quod carmen multo demum seriori aetati vindicemus. In *Homero* enim, in *Hesiodo*, *Sophocle*, in *Cicerone*, in omnibus fere quos classicos vocant scriptoribus, haud pauci reperiuntur loci, quibus strictior et verborum et sententiarum nexus desideretur. Neque tamen hac de causa unquam cuiquam venit in mentem, eorum fidem addubitare.

Denique criticum, quem supra commemoravimus, offendit *similitudo, quae nostro hymno cum Orphicis intercedat;* quam ob causam contendere non dubitat, eundem saeculo III. vel IV. post Chr. n. a poeta quodam doctrinae Stoicae dedito esse compositum, qui vero *post Diogenem L.* demum vixerit. Quod si ita esset, aliquod certe toto carmine vestigium reperiremus, quod recentiorem ejus originem indicaret. Sed saepius attentiusque carmine perlecto nihil fere in ipso invenimus, nisi voces et structuram verborum, quibus *Homerus* eumque imitantes sunt usi, vel tales, quae *Sophoclis*, *Platonis*, *Euripidis*, *Aristotelis* tempore erant in usu, etiamsi alio interdum sensu. Huc referendae sunt e. g. voces πολυώνυμος, παγκρατής, μίμημα, ἰή, ἄνεσις, cett., ita ut non dubitemus, quin hujus hymni poeta Orphicorum scriptore vel antiquior fuerit.*) Quodsi jam ratione habita singula-

*) Quod enim attinet ad aetatem, qua Orphicorum scriptor vixisse fertur, virorum doctorum sententiae in diversas abiere partes. Alii enim contendunt, priscum illum Orpheum Thracem, expeditionis Argonautarum consortem, illorum carminum revera esse auctorem; alii eum ante Herodotum; alii post Alexandrum M. vixisse volunt; alii eum Alexandrinum quendam fuisse perhibent, neque etiam defuerunt, qui contenderint, illa carmina aliquot saeculis post Chr. n. demum orta esse. Quantum illi omnes a veritate aberraverint, argumentis gravissimis satis superque demonstravit Clariss. G. Hermann. in egregia dissertatione de aetate scriptoris Argonautarum, quae Orphicorum editioni Lips. 1805. adjecta est, inde a pag. 675. sqq. Idem autem ibid. p. 676 dicit: „Hymni quidem quin et Argonauticis et Lithicis antiquiores sint, dubitari non potest; quamquam etiam in hymnis sunt, quae recentioris aetatis non dubia contineant indicia." Pro certo igitur sumere possumus, carmina, quae Orphicorum nomine feruntur, ea aetate esse composita, qua litterae graecae sensim labi coeperant et a mira illa prisci aevi virtute et elegantia aliquanto jam recesserant. Ceterum quisque illis carminibus at-

rum vocum, poetae nostro cum hymnorum Orphicorum scriptore similitudo quaedam intercedere videtur, cf. e. g. vers. 9—11. cum Orph. hymn. XIX, 9. XX, 4. XIX, 12. sqq., tamen e toto dicendi genere apparet, nostri hymni auctorem sine ullo dubio Orphicorum scriptore esse antiquiorem. Quantum enim tumoris in Orphicis nos offendit, quanta epithetorum frequentatio, quod ornamentis justo pluribus orationem distinguendi studium, ita ut haec carmina legens haud raro taedio quodam et satietate afficiare. Nihil ejusmodi apud nostrum poetam inveneris. Ubique ingenua illa simplicitas orationis, augusta illa sententiarum gravitas nobis occurrit, cui genus dicendi non fucatum omnino est aptissimum. Profecto et singulae partes et totum carmen satis superque antiquiorum Stoicorum quendam ejus auctorem esse indicant.

Jam vero quum omnes inde a Stobaeo scriptores hunc hymnum Cleanthi Stoico tribuant, quum autem alter hujus nominis auctor apud veteres, quod equidem sciam, nusquam commemoretur, quum et genus dicendi et hymni argumentum per omnes partes aeque cum antiquiorum Stoicorum dictione ac placitis mirifice consentiat,*) quumque praeter Cleanthem neque antiquiorum neque recentiorum Stoicorum quisquam versus condidisse dicatur: vix est, quod dubitemus, quin hoc carmen summo jure Cleanthi illi Assio, qui Zenoni in moderanda stoa successerat, sit vindicandum. Teste enim Seneca epist. ad Lucil. 108. Cleanthes artem poeticam non solum in summo habuit honore, verum etiam maxime idoneam existimavit, qua salutaria praecepta penitius firmiusque in hominum animis imprimerentur. Senecae autem locus hic est: „Non vides, quemadmodum theatra consonent, quoties aliqua dicta sunt, quae publice agnoscimus, et consensu vera esse testamur?

Desunt inopiae multa, avaritiae omnia.
In nullum avarus bonus est, in se pessimus.

Ad hos versus ille sordidissimus plaudit et vitiis suis convicium fieri gaudet. Quanto magis hoc judicas evenire, quum a philosopho ista dicuntur; quum salutaribus praeceptis versus inseruntur, efficacius eadem illa demissuri in animum imperitorum? Nam (ut dicebat Cleanthes) **) quemadmodum spiritus noster clariorem sonum reddit, quum illum tuba per longi canalis angustias tractum, patentiore novissime exitu effudit: sic sensus nostros clariores carminis arcta necessitas efficit. Eadem negligentius audiuntur minusque percutiunt, quamdiu soluta oratione dicuntur; ubi accessere numeri et egregium sensum adstrinxere certi pedes, eadem illa sententia velut lacerto excussa torquetur."

Sed ne modum huic libello constitutum excedere videamur, finem hoc loco faciendum esse putavimus. Speramus autem fore, ut, deo valetudinem bonam tuente, alteram hujus commentationis particulam suo tempore in lucem edere possimus.

---

tentius perlectis sibi persuadebit, singulas eorum partes non uni eidemque auctori et tempori debere originem.

*) Id quod deo volente in altera hujus libelli particula, commentarium fragmentorum poeticorum continente, suo tempore copiosius exponere conabor. **) Conjicere licet, hunc locum ex Cleanthis lib. περὶ τοῦ ποιητοῦ fuisse desumtum.

Die öffentliche Prüfung der Schüler unsers Lyceums wird in diesem Jahre den 22. u. 23. März in folgender Ordnung gehalten werden:

Montags den 22. März Vormittags examiniren von 9—12 Uhr:

1) in der Geschichte Herr Professor Dr. Schellenberg (Kl. III.)
2) im Lateinischen Herr Conrector Haberland (Kl. II.)
3) in der Geographie der Rector (Kl. I. und II.)
4) im Griechischen Herr Professor Dr. Schellenberg (Kl. III.)

Nachmittags von 2—4 Uhr:

1) in der Mathematik Herr Conrector Haberland (Kl. I. II. und III.)
2) im Französischen Herr Professor Dr. Schellenberg (Kl. I. II. u. III.)

Dienstag den 23. März Vormittags von 9—12 Uhr:

1) im Lateinischen der Rector (Kl. I.)
2) im Griechischen der Herr Conr. Haberland (Kl. II.)
3) im Lateinischen Herr Professor Dr. Schellenberg (Kl. III.)
3) im Griechischen der Rector (Kl. I.)

Nachdem von Nachmittag 2 Uhr an der Rector die Censuren der Schüler vorgelesen, der Ephorus Herr Superintendent Klötzner die Versetzung der Schüler bekannt gemacht und die Censuren an die einzelnen Schüler mit einer kurzen Ansprache an dieselben vertheilt hat, wird der erste Primaner Otto Schulze von hier im Namen seiner abgehenden Mitschüler eine kurze französische Abschiedsrede halten, welche der Primaner Huldreich Oertel von hier im Namen der zurückbleibenden Schüler in einer lateinischen Rede beantworten wird. Nach der Rede des Rectors werden sämmtliche Lyceisten unter Leitung des Herrn Hoforganisten Feller einen Psalm von Schicht vortragen.

Indem wir uns erlauben, eine Wohllöbliche Schulinspection, sämmtliche geistliche und weltliche Behörden, namentlich die Mitglieder eines Hochlöblichen Gemeinderathes dieser Stadt so wie alle Gönner und Freunde der Schule zu dieser Prüfung hierdurch ergebenst und ehrerbietigst einzuladen, hoffen wir Lehrer einer recht zahlreichen Theilnahme entgegensehen zu dürfen.

Schulnachrichten.

Der am 24. Februar vorigen Jahres von dem Herzogl. Hohen Consistorium zu Altenburg genehmigte Schulplan wurde auch für das verflossene Jahr ohne wesentliche Veränderungen beibehalten. Nur in Bezug auf den Unterricht in der Naturgeschichte trat ein Wechsel ein, indem Herr Professor Dr. Schellenberg, der bis Michaelis in der zweiten und dritten Klasse den Unterricht in der Botanik ertheilt hatte, den Unterricht in Zoologie an Herrn Conrector Haberland abtrat und dafür den Unterricht in der Geographie in Kl. III. übernahm. Im Uebrigen erfreute sich der Unterricht, der am 20. April des vor. J. seinen Anfang nahm, eines ununterbrochenen Fortganges. Statt der bisher beibehaltenen Griechischen Grammatik von A. Matthiä wurde aus besondern Gründen seit Michaelis die Schul-Grammatik von R. Kühner eingeführt.

Unterricht.

Dritte Klasse (Untersecunda.)

Lateinisch: Herr Professor Dr. Schellenberg. Grammatik; Wiederholung der Formenlehre nach Zumpt; die Regeln vom einfachen und zusammengesetzten Satze, von der Rection, von dem Gebrauche der Präpositionen und Conjunctionen, vom Accus. c. Infinit. u. von der Participialconstruction wurden in den wöchentlichen Exercitien (32) eingeübt. Uebersetzt und memorirt wurden in Jacobs' Elementarbuche die zu den einzelnen Regeln passenden Abschnitte; zuletzt Aesopische Fabeln, 6 St.

Griechisch: Derselbe. Die Formenlehre nach Kühner's Grammatik; daneben wurden in Jacobs' Lesebuche I. Cursus Sätze u. leichte Erzählungen analysirt und übersetzt, 3 St.

Deutsch: Herr Conrector Haberland. Die Redetheile nach ihrer Form, Bedeutung u. Stellung eingeübt durch Bildung einfacher, erweiterter Sätze, nach Heyse's Schulgrammatik; Uebungen im mündlichen und schriftlichen Ausdrucke; 2 St. — Der Rector. Declamiren und Leseübungen zur richtigen Betonung, 1 St. — Orthographische Uebungen Herr Hoforganist Feller, 1 St.

Französisch: Herr Professor Dr. Schellenberg. Formenlehre, die ersten Regeln über das Nomen, Pronomen und Verbum; zur Uebung im Uebersetzen dienten kleine Erzählungen, 2 St.

Religion: Herr Conrector Haberland. Die Lehre von den Heilsmitteln mit Berücksichtigung der christlichen Glaubens- und Sittenlehre und der einschlagenden Bibelstellen und passenden Kirchenlieder, welche memorirt wurden, nach Tischer's Hauptstücken u. s. w., 2 St. — Bibelkunde und biblische Geschichte, nebst kurzem Abrisse der Geschichte der christlichen Kirche seit Luther, 1 St.

Arithmetik: Derselbe. Die vier Species in benannten Zahlen und mit Brüchen; Regel von 3, 5, 7 und mehren Gliedern nach Kries I. Cursus, 2 St.

Geographie: Sommerhalbjahr, Derselbe. Das Wichtigste aus der mathematischen und physischen Erdkunde; dann Uebersicht der Staaten Deutschland's nach Volger's Lehrbuch

I. Cursus, Landkartenzeichnen. Im Winterhalbjahre Herr Professor Dr. Schellenberg: die natürliche Geographie von Deutschland, der pyrenäischen Halbinsel, von Frankreich und Italien; dazu zeichneten die Schüler die Karten theils der ganzen Länder, theils der einzelnen Stromgebiete, 2 St.

Naturgeschichte: (combinirt mit II.) Im Sommerhalbjahre Herr Professor Dr. Schellenberg, Botanik — wie im vorigen Jahre. Im Winterhalbjahre Herr Conrector Haberland, Zoologie, 2 St.

Geschichte: Herr Professor Dr. Schellenberg. Nach geographischen Vorbemerkungen und einer Einleitung über die germanischen Sitten, Einrichtung, Religion u. s. w. wurde die Geschichte der einzelnen teutschen Völkerschaften bis zu Odoachar erzählt, 2 St.

Zweite Klasse (Obersecunda).

Lateinisch: Herr Conrector Haberland. Grammatik nach Zumpt §. 362—492. nebst Repetition der Regeln über die Partikeln und Berücksichtigung der wichtigsten Regeln über den Gebrauch der Tempora und Modi. 33 wöchentliche Exercitia, 1 St. — Iulius Caesar de bello gallico lib. I. mit schriftlicher Uebersetzung, und lib. II., 1 — 16 cursorisch. 2 St. — Zimmermann's Anthologie. Lectüre einiger leichteren Stücke, nach vorhergegangener Erklärung der Hauptregeln über Quantität der Sylben und den Bau des Hexameter's und Pentameter's, 1 St. — Herr Prof. Dr. Schellenberg: Cornel. Nepos. Gelesen mit schriftlicher Uebersetzung wurden die Biographieen des Iphicrates, Chabrias, Epaminondas, Pelopidas, Atticus, Eumenes und Hamilcar, 2 St.

Griechisch. Herr Conrector Haberland. Ausführliche Wiederholung der Formenlehre mit Einschluß der unregelmäßigen Zeitwörter; die wichtigsten Regeln der Syntax, eingeübt durch 32 Aufgaben. 1 St. — *Lucian's* Dialogen *C. XX—XXIX.* und *Charon;* dann einige Stücke aus dem Anhange (nach Matthiä's Ausgabe) mit schriftlicher Uebersetzung. 2 St. — Der Rector. Jacobs' griechisches Elementarbuch *A. V.* 93—122. *D.* 1—15. wie im vorigen Jahre.

Deutsch. Der Rector. Wiederholung der Satzlehre; von den Beifügungen und Zusätzen; von der Beiordnung der Satzglieder; von der Verbindung mehrer Sätze; von den Satzgefügen und den Fügewörtern; von der Aneinanderreihung der Sätze; durch Beispiele erläutert. Alle 14 Tage wurde ein schriftlicher Aufsatz eingeliefert, der in der nächsten Stunde corrigirt zurückgegeben und durchgegangen wurde, 1 St. — Declamiren (combin. mit *I.*) In der noch übrigen Zeit wurden die gemischten Dichtungsarten erklärt und durch passende Beispiele veranschaulicht; außerdem einzelne Musterstücke aus Meisterwerken vorgetragen und erläutert, 1 St.

Französisch: Herr Prof. *Dr.* Schellenberg. Grammatik nach *Sanguin* bis zu den Regeln über den Infinitiv. Gelesen wurden in der Chrestomathie von Ideler und Nolte: *Larochefoucauld, Chute du Niagara; Humboldt, Pêche des Gymnotes par le moyen de chevaux; Bruit que font les animaux sauvages pendant la nuit dans les forêts des régions équinoxiales,* 2 St.

Religion. Rector. Die Hauptstücke der christlichen Religion nach Fischer §. 29 bis zum Ende. — Von Weihnacht an §. 1—23. 2 St. — Bibelkenntniß (combin. mit *I.*) Allgemeine Einleitung in die Schriften des N. T. Gelesen und erklärt wurde das Evangelium des Matthäus, 1 St.

Mathematik. Herr Conrector Haberland. 1) Arimethik. Einige schwierigere Aufgaben aus den 4 Species mit ganzen Zahlen; dann ausführliche Lehre von den gemeinen und Decimalbrüchen und den Proportionen, Ausziehung der Quadratwurzel. — 2) Geometrie. Die Elemente der Planimetrie, 2 St. (nach Kries' Anweisung.)

Physik. (combin. mit I.) Derselbe. Von Bewegung und Druck der tropfbaren Flüssigkeiten; vom specifischen Gewichte der Körper und den daraus herzuleitenden Erscheinungen; vom Gewicht, Druck, von der Elasticität und Bewegung der Luft; Hygrometrie; Lehre vom Schalle, 1 St.

Geschichte: (combin. mit I.) Rector. Uebersicht der Veränderungen der Hauptstaaten Europa's bis zum westphälischen Frieden; Erzählung der wichtigsten Ereignisse von da an bis zum siebenjährigen Kriege, 2 St.

Geographie: (combin. mit I.) Derselbe. Ausführliche Beschreibung des mittlern und südlichen Italiens. Nach einer gedrängten Beschreibung des alten Griechenland und der Kolonien so wie einer kurzen Uebersicht der wichtigsten geschichtlichen Ereignisse und Litteratur, ausführliche Schilderung der europäischen Türkei, des Königreichs Griechenland, und des vereinigten Staates der ionischen Inseln, 2 St.

Naturgeschichte u. s. w.

Erste Klasse (Prima.)

Lateinisch: Rector. Grammatik nach *Zumpt* §. 517—671. Diese und andre bei der Lectüre vorkommende Regeln wurden durch 24 wöchentliche, mit den griechischen abwechselnde Exercitien eingeübt, 1 St. — Gelesen wurden mit schriftlicher Uebersetzung *Cic. orat. I. in Catilin*; die einzelnen *Capp.* wurden memorirt. Von Michaelis an *Cic. de senect.* gleichfalls mit schriftlicher Uebersetzung, 2 St. — Herr Conrector Haberland *Ovid. Metamorph. lib. I—IV* mit Auswahl, 2 St. — Herr Prof. Dr. Schellenberg *Livius l.* 1. *cp.* 49—60 *lib. II.*, 1—12. mit schriftlicher Uebersetzung, 1 St.

Griechisch. Rector. Grammatik nach Kühner. Wiederholung der Formenlehre; Syntax §. 238—260; dann die Lehre vom Infinitiv und Particip §. 305—312; ferner §. 326—341. Diese und die bei der Lectüre vorgekommenen syntaktischen Regeln wurden durch schriftliche Aufgaben eingeübt, 1 St. — *Xenophon. Cyropaed. lib. V, cap. II—V.* mit schriftlicher, zuletzt lateinischer Uebersetzung. Nach Weihnacht aus Jacobs' *Attika*. Einiges aus Herodot mit lat. Version, 2 St. — *Homer. Odyss. lib. X—XII.* Von Ostern an Homerische Formenlehre, 2 St.

Deutsch: Derselbe. Von den besondern grammatischen und rhetorischen Formen, durch welche die Wirksamkeit der Rede befördert wird; von der Schönheit der Rede und des

sprachlichen Ausdruckes: durch zweckmäßige Beispiele aus klassischen Schriftstellern erläutert und 18 schriftl. Aufsätze eingeübt. 1 St. — Declamiren u. s. w. 1 St.

Französisch: Herr Prof. Dr. Schellenberg. Grammatik wie im vorigen Jahre; übersetzt wurden in der Chrestomathie von Ideler und Nolte *Villemain, Mort et Funérailles d' Olivier Cromwell; Bouilly, Les Roses de Mr. de Malesherbes*, 2 St.

Hebräisch: Derselbe. Formenlehre; analysirt wurden *cap.* 37. 39. und 40 der Genesis, 1 St.

Religion: Rector. Specielle christliche Pflichtenlehre, 2 St. Bibelkenntniß s. o., 1 St.

Mathematik: Herr Conrector Haberland. 1) Arithmetik. Wiederholung der Lehre von den gemeinen und Decimalbrüchen, Ausziehung der Quadrat- und Kubikwurzel; dann einfache und zusammengesetzte Proportionen; Alligationsrechnung, arithmet. Progressionen; entgegengesetzte Größen, Gebrauch der Einschließungszeichen, Elemente der Buchstabenrechnung. 2) Geometrie. Hauptsätze der Planimetrie, nebst einigen Sätzen der Stereometrie, 2 St.

Physik, Geschichte, Geographie s. o.

Die Erbauungsstunden, mit welchen am Anfange jeder Woche der Unterricht begann, wurden wie früher gehalten.

Herr Hoforganist Feller besorgte in allen 3 Klassen den Unterricht im Schönschreiben (4 St.), so wie über Theorie der Musik, wobei die Lehre von der Ausweichung, Behandlung des Choral — wie diese nach Zeit und Verhältnissen möglich war — Erfindung von Melodieen zu gegebenen Bässen, Figurirung, durchgegangen, erklärt und durch zahlreiche schriftliche Beispiele eingeübt wurde, 1 St. —

Allgemeiner Gesangunterricht. Neben beständiger Beachtung der allgemeinen Musiklehre und nach dazu gehörigen Vorübungen wurden Choräle, Lieder, Chöre, so wie auch größere Sätze aus klassischen deutschen Tonwerken, z. B. J. Haydn's Jahreszeiten, eingeübt und zum Theil zur Aufführung gebracht, 1 St.

Herr Cantor Hanitsch leitete den Gesangunterricht der Chorschüler. — Herr Candidat Back ertheilte den Unterricht im Zeichnen.

Lehrapparat.

Für die Schulbibliothek wurden im verflossenen Jahre außer mehrern andern Werken erworben: *Diogenis Laërt. de vitis et dogmatibus clarorum philosophorum. Cur. Regnit.* 1739. *II tom, Plutarchi de placitis philosoph. libri V. Basil.* 1531. 4., *Orphica cett. recens. Godofr. Hermann. Lips.* 1805. 8., *Joh. Stobaei sententiae ex Thesauris Graecorum delectae cett ed. Conr. Gesner. Tigur.* 1541. *fol., Paul. Manutii Commentar. in Cic. epist. ad diversos Lips.* 1780. 2 Bde. 8., *Ant. Mureti Variarum lectionum libri XIX ed. F. A. Wolf et J. Huldr. Faesius Hal.* 1791 *et* 1828, 2 *Voll., Homer's* Werke 2c. von *Chr. Tob. Tamm*, 4 Bde. (mit handschr. Bemerkungen von Fr. A. Wolf), *A. Matthiae* Ausführl. Griech. Grammatik 3 Thle. 1835, *J. A. Hartung* Lehre von den Partikeln der Griech. Sprache, 2 Thle., Leben und Studien Friedr. Aug. Wolf's des Philologen v. *Körte*, 2 Bde., E. Reinhold Geschichte der Philosophie 2 Bde. 1845, Hegel über Philosophie der Geschichte, Gfrörer Geschichte des Urchristenthums 5 Bde, Robinson Palästina mit Karten und Plänen 3 Bde.; ferner die Fortsetzungen von Zenker's und Langethal's *flora thuring.* Einige andere Werke wurden außerdem um billige Preise gelegentlich gekauft. — Der besondern Güte der Frau Räthin Hager verdanken wir den *Commentar* zu *Cicero's* Briefen, so wie eine nicht unansehnliche Mineraliensammlung, welche uns dieselbe zur Auswahl und Ergänzung unsrer Sammlung überlassen hat. Der Lyceist Bernhard Geyer von hier schenkte

der Schulbibliothek: *Nov. Test. syriacum ed. Gutbirii.* Für diese und manche andre erfreuliche Gabe in unsre Naturaliensammlungen sagen wir hiermit nochmals unsern herzlichsten Dank.

Zahl der Schüler.

Dieselbe betrug zu Ostern 1846 41, von welchen im Laufe des Jahres 16 abgingen, nämlich auf das Gymnasium zu Altenburg aus Prima: Karl Kramer, Robert Oertel, Eduard Helm von hier, Ed. Leidhold aus Nischwitz, Theod. May und Karl Gitt von hier; zu andern Bestimmungen aus Prima: Bernhard Geyer und Em. Querner von hier; aus Obersecunda: Wilhelm Kretschmann von hier; aus Untersecunda: K. Streicher von hier, H. Gröbe aus Thiemendorf, Aug. Geipel aus Wichmar, Gust. Kirschten von hier, K. Lange aus Camburg, K. Völker und Alw. Spahn von hier.

Aufgenommen wurden dagegen im Laufe des Jahres 15, so daß die Zahl der Schüler gegenwärtig **40** beträgt, von denen 13 in Prima, 9 in Obersecunda und 18 in Untersecunda sitzen.

Verzeichniß

der Schüler des Lyceums zu Ostern 1847,

nebst Angabe der Plätze, welche sie nach dem Johannis-, Michaelis- und Weihnachts-Examen erhalten haben.

tr. bedeutet die zu Ostern Translocirten; n. a. die Aufgenommenen.

Erste Klasse (Prima).

Jh.	Mich.	Weihn.	
1	1	1	Otto Schulze, Eisenberg.
2	2	2	Hermann Schollmeyer, Eisenb.
4	3	3	Friedrich Zimmermann, Rositz.
9	8	4	Huldreich Oertel, Eisenberg, tr.
3	4	5	Hermann Eger, Eisenberg.
6	6	6	Theodor Schumann, Thiemendorf.
8	7	7	Guido Streit, Roda.
10	9	8	Karl Bräunlich, Eisenberg, tr.
11	10	9	Gust. Klötzner, Eisenberg, tr.
13	11	10	Emil Göring, Eisenberg, tr.
12	12	11	Karl Wittig, Eisenberg, tr.
15	13	12	Louis von Etzdorf, Etzdorf, tr.
14	14	13	Bruno Schmidt, Serba, tr.

Zweite Klasse (Obersecunda).

Jh.	Mich.	Weihn.	
1	1	1	Wilhelm Stoltze, Eisenberg, tr.
2	2	2	Gustav Bock, Eisenberg.
3	3	3	Emil Läßker, Roda.
5	6	4	Hermann Scherff, Eisenberg, tr.
4	5	5	Gustav Schumann, Eisenb.
8	7	6	Albert Geller, Eisenberg, tr.
7	8	7	Moritz Pöschmann, Hainspitz tr.
6	4	8	Berthold Saalborn, Camburg.
—	—	9	Otto Haserick, Leuchtenburg, n. a.

Dritte Klasse (Untersecunda).

Jh.	Mich.	Weih.	
3	1	1	Louis Schmidt, Eisenberg.
1	1	2	Gustav Körner, Droschka.
4	4	3	Karl Beier, Saasa, n. a.
8	5	4	Paul Ludewig, Eisenberg, n. a.
2	3	5	Ernst Gruber, Königshofen.
—	—	6	Julius Leipold, Roda, n. a.
6	6	7	Reinhold Schumann, Eisenb. n. a.
9	8	8	Gustav Scheibe, Eisenberg, n. a.
5	9	9	Gustav Voigt, Eisenberg, n. a.
10	10	10	Bernhard Knopfe, Eisenberg, n. a.
7	7	11	Otto Schmidt, Eisenberg.
—	11	12	Heinr. Tittelbach, Eisenberg, n. a.
11	13	13	Adolph Kaphahn, Saalburg, n. a.
12	12	14	Max v. Etzdorf, Etzdorf, n. a.
14	16	15	Rich. Metius, Eisenb., n. a.
13	14	16	Aug. Brückner, Eisenb., n. a.
15	15	17	Herm. v. Etzdorf, Etzdorf, n. a.
16	17	18	Edm. Geyer, Eisenb., n. a.